

15 hac ratione permori: Quia \* solemnitas, quae requiritur in contrahendo, requiritur quoque in dissolvendo, *auth. eorum, C. de repudiis*, & ea, quae requiruntur necessario ad alicujus actus constitutionem, exiguntur pariter ad ejusdem destructionem, l. *proxi quidque, 80. ff. de solutionibus, l. nisi tam naturale, 35. ff. de reg. jur. Barol. in l. actor, 9. nu. 9. ff. rem ratam haberi. Paul. de Castro in l. tria praedia, 31. n. 5. ff. de servit. praed. rusticor. Jason. in l. omnium, 19. nu. 9. C. de testam. & cons. 141. num. 2. vol. 4. At cum ex supra traditis manifestum sit, contractum emphyteuticum nudo consensu absque scriptura interveniente perfici opinio isthac, utpote debili, falsoque sussulta fundamento, per se sine ulla refutatione corruit, & ex adverso liquidissime constat a contractu emphyteutico nuda conventioni; nulli omnino interveniente scriptura, recedi posse. Enimvero illud hic addendum: cum a emphyteutis pactis multum varietur, ad probationem ejus, quod actum est, ut interveniat scriptura, consultus esse, & tutius, ut hic post Clarum nostrum innuit D. Vultejus d. lib. 1. Jurisprud. Roman. c. 46. in fin. & lib. 1. de feudis cap. 7. n. 32. HARR.*

(b) *Scriptura.* Vide quae dixi sup. v. q. in *Apostilla brevia* tit. B. Adde etiam commune, & verum per Offic. deest, 93. col. 2. qui in 2. *Aut.* post plures citatos tenet scripturam etiam requiri in dissolutione. Item commune dixi d. *colled. mea commun. opin. in verb. emphyt. nu. 16.* Et quot modis concedatur, vide per Jff. d. l. 1. n. 6. *Citaca.*  
(c) *Inol. in c. parit.* Et isti late declarat, in quo differant contractus emphyteuticus, & contractus locationis, & in quo differat a contractu venditionis. *GOVEAN.*  
(d) *Conferendo.* Adde, & vide etiam de hac consuetudine per Rol. cons. 87. nu. 11. commune tamen, & usu receptum vide in contrarium per Jac. de S. Georg. in *Aut.* qui rem, post num. 15. C. de sacros. Eccles. & dixi in *colled. mea commun. opin. in verb. scriptura, nu. 3.* *GOVEAN.*

QUESTIO V.

SUMMARI A.

EX CLARO.

- 1 *Vassallus an possit rem feudalem alteri concedere in Emphyteutic.*
- 2 *Concessio in emphyteutic est alienatio.*
- 3 *Omnis feudi alienatio prohibita.*
- 4 *Feudum improprium in quibus naturam feudi proprii sequitur.*
- 5 *Cur subinfestatid sine consensu domini sit licita, non vera datio in emphyteutic.*
- 6 *Quid obtineat de consuetudine.*
- 7 *Cui vassallus res feudales in emphyteutic tradere queat.*
- 8 *An concessio emphyteutica teneat, si vassallus rem feudalem ea lege in emphyteutic concedat, ut dominium utilis in recipientem non transeat.*
- 9 *Venditio, qua agitur, ne dominium rei ad emptorem transeat, non subsistit.*
- 10 *Communitas fructuum, quae ad longum tempus transferitur, pro vera alienatione in materia prohibiti- va habetur.*
- 11 *Utrum bona majoratus in emphyteutic recte concedan- tur.*
- 12 *Resoluto jure datoris, resolvitur jus acceptoris.*
- 13 *Bonorum majoratus in perpetuum emphyteutic facta concessio, an & quatenus valeat.*
- 14 *Utile non vitatur per inutile in separabilibus.*

15 **Q**UERO, nunquid (a) vassallus possit rem feudalem concedere alteri in emphyteutic? dixi infra hoc eod. lib. §. *Feudum*, q. 33. *versio.* Idem etiam.

ADDITIONES.

(a) **N**UQUID VASSALLUS POSSIT REM FEUDALEM CONCEDERE ALTERI IN EMPHYTEUTIC? Feudi \* in emphyteutic concessionem esse inutilem, nisi dominus consensuat, ultra Clarum nostrum infra in §. *feudum*, q. 33. nu. 7. Doctores communiter statunt, Gloss. Jacob. de Belnis. Bal. Alvarot. Jo. Raynald. & alii in c. *imperatorem*, in pr. de *prohib. feud. alienat. per Frider.* tit. 55. lib. 2. feud. hocque referens Cart. Jun. in *tradit. feud. part. 4. num. 91.* item Fridericus Schneck. in §. *vassallus*, nu. 3. *quib. mod. feud. amitt. tit. 5. lib. 1. feud. Mynsing. cent. 6. obser. 30. num. 1.* Gothofred. Anton. *disput. feud. 9. tit. 5. lit. F.* Ejusque ratio in promptu est: quia \* concessio in emphyteutic est alienatio. *Novell. 7. cap. 1. §. alienationis autem, & c. l. fin. C. de reb. alienis non alienand. Sed omnis \* alienatio feudi prohibita est, tit. 52. in princ. *vers. hortatum itaque, & consil. & d. tit. 55. in pr. *vers. habito ergo consil. lib. 2. feud.* Idque non tantum in proprio feudo, sed & improprio procedere verisimile est: propterea quod \* feudum improprium in omnibus, & per omnia sequitur naturam feudi proprii, praeterquam in iis, in quibus feudi proprii naturae, vel regulis per investituram expressim est derogatum, cap. 1. de *feudo non habente propr. feud. tit. 48. lib. 2. feud.* D. Bocer. *class. 2. disput. 14. th. 14. edit. 2.***

Nec refragatur, quod \* sicut subinfestatid sine consensu domini licita est; ita & permissa sit datio in emphyteutic. *unic. §. si vero.* Qualiter olim poterat feudum alienari tit. 9. lib. 2. & c. 1. §. *similiter 2. de lege Corradi, tit. 34. lib. 2. feud.* Nam magna subest diversitatis ratio. Siquidem vassallus non potest, nisi aequali, & bona fide, atque eodem plane modo, quo ipse feudum possidet, subinfestationem facere, d. c. 1. §. *similiter, de lege Corradi*, & notat, post alios, Clarus noster in *trad. feudali, c. 9. circa fin.* Atqui feudum tali modo in emphyteutic dari nequit. Alias enim non emphyteutic, sed feudum concessum putaretur. S. in *Com. ment. ad ysa. feud. part. 12. num. 94.* & Curt. Jun. d. *part. 4. nu. 91. in fine, ubi ex traditione Fabri ex §. adeo inf. de locat. & consuet. & Rainaldi in d. c. Imperatorem, de prohib. feud. alienat. per Frider.* subdit: quicquid \* sit de jure stricto: de generali tamen consuetudine vassallum res feudales incultas sine licentia domini in emphyteutic tradere non prohiberi. Idem afficit Clarus noster in d. §. *feudum*, q. 33. nu. 4. Quinimo \* vassallus etiam res cultas feudales proximo agnato, qui alioqui successurus esset, in emphyteutic dare absque consensu domini potest, §. *si vero de alien. feudi, tit. 13. lib. 1. F. Friderici. Schneck. in d. §. vassallus nu. 5. quib. mod. feud. amitt. tit. 5. lib. 1. F.* Et etenim eo casu magis refutatio, quam alienatio, c. 1. *post pr. l. non est libellus, sed quasi refutatio, de alienat. paterni feud. tit. 39. lib. 2. F.* Atque hoc in feudo antiquo locum habet, non in novo; quia agnati, & collaterales in novo non succedunt, c. 1. de *success. fratrum, tit. 11. & c. 1. de fratrio. de novo benef. investit. tit. 12. lib. 2. F.* Defendentibus vero feudum indistincte, sive novum, sive antiquum fuerit ( quia utrobique succedunt ) in emphyteutic dari poterit d. *cap. 1. de alienat. paterni feud. Sonsbeck d. part. 12. nu. 94.*

At quid dicendum, si \* vassallus rem feudalem in emphyteutic ea lege concedat, ut dominium utile in recipientem non transeat: num hoc casu concessio emphyteutica valebit? Et verius videtur, ne illo quidem modo feudum in emphyteutic dari posse: quandoquidem emphyteutic ex venditionis natura id habet, & in eo profusus similis est venditioni, quod per eam dominium utile transferatur in recipientem: sicuti in venditione fieri solet dominii translatio, *vers. dicit §. adeo, Inst. de locat. & consuet.* Venditio \* autem, qua diserte id agitur, ne dominium rei ad emptorem transeat, non subsistit, ne do- 9 *manu, 8. §. ult. ff. de contrah. emp. Ergo, & contractus emphyteutic, qui addita est pactio de utili dominio non transferendo, nullius momenti erit. Quid \* quod com- 10 moditas fructuum, quae ad longum tempus transferuntur pro vera alienatione in materia prohibiti- va fraudem habetur, per notata Baldi in *auth. hoc jus por- rectum, col. 1. vers. 6. C. de SS. Eccl. Fabiani de monte sancti Savini in trad. de emp. & vend. in q. principal. q. ult. vers. circa 3. & Didaci Covarr. lib. 2. variat. resolut. c. 16. nu. 1.**

Adde hoc loco poterit quaestio \* de bonis majoratus, 11 id est, perpetuo ad familiam pertinentibus an in emphyteutic a possessore concedi possint? Et verior est sententia eximiantium, cum, qui ejusmodi bona majoratus possidet, non nisi quoad vixerit, illa in emphy-

emphyteutic extraneo dare possit. Cum enim jus in illis bonis, morte possessoris dantis tollatur: merito quoque acceptionis jus simul extinguitur, per vulgatum regulam, quia traditur quod \* resolutio jure datoris, resolvatur etiam jus acceptoris, l. *de vassallu 31. ubi gl. in verb. curavit, ff. de pignorat. & hypoth. & l. si quis dominus §. 1. ff. de locat.* ubi Paul. Castren. n. 3. cum *similib.* Nec etenim is, qui possidet bona majoratus, contra preceptum, ac voluntatem primi disponentis, aliis de familia successibus praedicare potest, arg. l. *eum qui 3. ubi Bart. ff. de interdict. & relegat. l. unum ex familia 67. §. 1. ff. de leg. 2. Decius cons. 445. n. 23. Goradin. cons. 57. Pinel. in l. 1. part. 3. nu. 65. C. de bon. matern. pag. 156. alique ab eo relati. Quibus accedit Ludovicus de Molina, lib. 11. de Hispanor. primogeniis, c. 27. ubi hanc questionem plenius examinat.*

12 **E**quid \* autem ejusdemmodi bonorum in perpetuum emphyteutic facta concessio pro eo saltem tempore valeat, in quod fieri poterat: an vero in totum sit inutilis, sententia variatur. Probabilis ego putaverim, & concessione istam valere, quoad concedens vixerit, ne 13 **u**tile per inutile in separabilibus, vel dividuis vitietur, 14 **u**tile per inutile in separabilibus, vel dividuis vitietur, l. *§. sed & mihi, §. ff. de verb. obligat. l. sanimus 34. circa princip. & l. seq. §. fin. autem, C. de donat. lib. c. utile, 37. de res. jur. in 6. Bald. in *auth. si quis ruinas, C. de sacros. Eccles. & Covarr. d. lib. 2. var. resol. c. 16. num. 5. HARR.**

QUESTIO VI.

SUMMARI A.

EX CLARO.

- 1 *Prelatus potest concedere in emphyteutic bona Ecclesiae, quae solita sunt in emphyteutic concedi.*
- 2 *Et an si concedatur alio modo, quam solita sunt concedi, vitietur in totum concessio: an autem quatenus excessus est forma solita.*
- 3 *Et usque ad quam generationem possit res Ecclesiae in emphyteutic concedi.*
- 4 *Et an possint concedi etiam pro heredibus extraneis.*

EX ADDITIONIBUS.

- 1 *Res Ecclesiae sine legitimis solemnitatibus in perpetuum emphyteutic, etiam bene de Ecclesia merito, concedi nequeunt.*
- 2 *Idque procedit, etiam si fundus sterilis, secus, si exiguus, vel ultra hominum memoriam incultus fuerit.*
- 3 *An rei Ecclesiae in emphyteutic datio, sine debitis solemnitatibus facta, jure subsistat, si ea cum Ecclesiae utilitate sit conjuncta.*
- 4 *Pupillus sine tutoris auctoritate hereditatem quantumvis herolem adire nequit.*
- 5 *Sensus & explicatio l. non eo minus, 14. C. de procuratoribus.*
- 6 *Acceptillatio cum pupillo sine auctoritate tutoris facta valet.*
- 7 *Mens, & consideratio l. cum hi. quibus 8. §. cum transactionem 6. ff. de transactionib.*
- 8 *Si constitutio emphyteutic ob defectum consensu capituli, sive Pape irrita dicatur, ratiabitione ipsius valida efficitur.*
- 9 *Num Pontifex sua ratiabitione emphyteuticam concessionem adeo roborare queat, ut emphyteutic in vitium emphyteutic habere cogatur.*
- 10 *Usufructuarius, invito domino, usumfructum relinquere potest.*
- 11 *Vassallus sine domini voluntate recte feudum resnat.*
- 12 *Favore suo renunciare cuilibet permittitur.*
- 13 *An, & quatenus prelatum rem Ecclesiasticam, in emphyteutic dari licet, ad Ecclesiam reversam, sine legitimis solemnitatibus alicui in emphyteutic dare possit.*
- 14 *Emphyteutic prius singulari personae data, postea civitati, vel potestori d.ari nequit.*
- 15 *Civitas, aut Collegium nunquam morti intelligitur.*
- 16 *Difficilius his potentiori quam homini plebeio intenditur.*

- 17 *Si emphyteutic solita sit dari usque ad certam generationem, illam in perpetuum alicui prelatum concedere non poterit.*
- 18 *Utrum prelatum rem emphyteuticam, ad Ecclesiam reversam, etiam consanguineis suis denovo in emphyteutic dare queat.*
- 19 *Redarguitur, & resatur Panormitanus.*
- 20 *Sententia & intellectus c. reiatum, 12. §. licet, extr. de testam.*
- 21 *Prelatus rerum Ecclesiasticarum usufructuarius censetur.*
- 22 *Consuetudo stricti juris est: nec de casu ad casum extenditur.*
- 23 *Nunquid rei Ecclesiasticae, in emphyteutic concedi solita, concessio non plane consueto modo interposita, omnimodo censetur inutilis, si a vero valeat, quatenus fieri potuit.*
- 24 *Quatenus utile per inutile non vitietur.*
- 25 *Ubi putatur esse concessiones quos sunt generationes.*
- 26 *An vassallus, si feudum, quod possidet, alia lege, quam ipse habet, alii concesserit, illud amittat.*
- 27 *Opinio, ultimo loco relata, approbata intelligitur.*
- 28 *Enodatio Novell. 7. c. 3. in fine princ. & c. 7.*
- 29 *Limitatio precedentis decisionis.*
- 30 *Emphyteutic Ecclesiastica in infinitum concedi potest pro omnibus descendentibus.*
- 31 *Legitimis solemnitatibus adhibitis, res Ecclesiae in emphyteutic a iura possunt, ut etiam ad extraneos ipsius emphyteutic heredes emphyteutic illa transeat.*
- 32 *Consideratio, & intellectus Novell. 7. c. 3. in princ.*

**Q**UERO nunquid Prelatus possit concedere bona Ecclesiae in emphyteutic? Resp. quidem bona ipsa sunt ipsius Ecclesiae pleno jure, non potest Prelatus ea in emphyt. concedere, nisi subsistente (a) legitima causa, & debitis solemnitatibus intervenientibus. Et de hoc non est dubitandum, quia concessio in emphyteutic est species alienationis. Et si Prelatus a jure prohibetur locare res Ecclesiae ad longum tempus, ut dixi inf. hoc eod. lib. §. *locatio*, multo minus dicendum est ei concedi, ut possit eas dare in emphyteutic, quae plures est, quam locatio. Si vero res (b) Ecclesiae solita essent in emphyteutic concedi, bene potest Prelatus, si ad Ecclesiam aliquo casu revertentur, illas concedere in (c) emphyteutic, absque solemnitatibus in rei Ecclesiae alienatione requisitis. Ita colligitur ex text. in c. 2. de *feud.* quem sic communiter Doct. interpretantur, ut ait Didac. lib. 2. *resolut. c. 15. num. 4.* & haec est communis conclusio, ut dicit Socin. cons. 169. n. 9. lib. 2. quod est duplicatum in cons. 120. lib. 4. & in hoc proposito videnda sunt ea, quae dixi in d. §. *feudum*, q. 13.

Scias tamen, quod debet hujusmodi concessio in emphyteutic fieri (d) eo modo, quo solita est, alias non valet: & quidem quantum ad id, in quo excessus est forma solita, nullus est, qui dubitet, quin concessio ipsa corruat. Punctus est, an vitietur in totum, an autem suffineatur, quatenus facta est intra solitam formam? Aliqui enim dixerunt, quod non (e) vitietur in totum, sed suffineatur, quatenus est solita concedi; & fuit opinio. Bald. in *Auth. si quis ruinas*, n. 2. C. de *sacros. Eccles.* ubi vult, quod si res Ecclesiae est solita concedi in emphyteutic usque ad tertiam generationem, & concedatur in quartam, concessio suffineatur usque ad tertiam tantum, & in reliquo vitietur. Et hanc opinionem dicit esse communem Jas. in *Auth. qui rem*, n. 21. C. de *sacros. Eccles.* Dec. in *Auth. qui rem*, nu. 22. quem refert Tirac. de *retractu conventionali in fin. operis*, num. 144. Claud. in l. 1. §. *sed si mihi*, n. 3. ff. de *verb. oblig.* Curt. jun. de *feud. in 1. parte c. principalis in 6. quest.* Alciac. in d. §. *sed mihi*, n. 20. Et dicit Didac. lib. 2.

resol. c. 6. n. 5. quod hæc sententia est frequentiori calculo recepta. Contrariam vero sententiam, scilicet, quod imo vitetur in totum, videtur tenuisse Bart. in d. Aub. qui rem. p. 7. & reperio, quod Alexan. conf. 143. nu. 3. lib. 7. dicit, quod hæc est magis communis conclusio, saltem quando est unica concessio, quod esset magnum verbum, si esset verum. Ego tamen credo proculdubio contrariam opinionem esse veriorē, & magis communem, etiam in casu, quo unica tantum concessio facta esset. Non enim debet utile per inutile vitari, quando recipit commodam divisionem. Sed si esset dare casum, in quo utile ab inutili non posset commode dividi, bene crederem, quod tota concessio vitaretur. Vide, quæ dixi in d. §. feudum, quæst. 3. in fin.

3 Quæro, utque ad quam (f) generationem possint res Ecclesiæ in emphyteusim concedi? Respond. text. in §. emphyteusim, in Authent. de non alien. videtur inuenire, quod non possint concedi, nisi in accipientis persona, & in duobus ejusdem personæ hæredibus, & sic nisi usque in tertiam generationem. Nihilominus tenenda est contraria opinio, quod scilicet possint concedi ultra filios & nepotes; & videtur text. in §. licentiam, in Auth. de alien. & Emphyt. & hanc opin. dicit esse communem Alexand. conf. 110. nu. 19. lib. 3. & quod possit concedi pro omnibus descendentibus usque in infinitum, dicit communem Ziliolus de Cavittellis inter consilia Anch. conf. n. 8. Gozad. conf. 52. post nu. 20. vers. Ad decimum, & in hoc non est dubitandum.

4 Sed nunquid poterunt etiam concedi in emphyteusim pro (g) hæredibus extraneis? Respond. in hoc articulo Doct. varie loquuntur. Aliqui n. tenebant, quod possit concedi etiam pro hæredibus extraneis; & hanc opinionem dicit esse magis communem, maxime modernorum, Soc. conf. 226. nu. 33. lib. 2. Alii vero multi tenebant contrarium, sc. quod imo non potest etiam expresse concedi, ita ut transeat ad extraneos hæredes: & hanc opin. dicit esse communem Imol. in l. ex facta, la grande, num. 14. in fin. ff. de hered. instum. prout illum refert Alexand. in l. etiam, post nu. 3. ff. sol. mar. licet revera Imola ibi loquatur solummodo, quando emphyteusis est simpliciter concessa, ut retuli infr. q. 28. vers. Tertius est. Idem dicit Rubr. in l. Gal. §. quidam recte, num. 197. & num. 203. Sed advertite, ne æquivoces. Aliud enim est quærere, an res Ecclesiæ possit concedi in emphyteusim, hoc expresse acto, quod transeat etiam ad extraneos hæredes, & non est iudicio meo dubitandum, quin possit, modo subsit legitima causa, & debeat solemnitates intervenerint. Et ita hanc esse communem opin. attestatur Gratius consil. 128. num. 6. lib. 2. Si enim (ut suspensus dixi) his duobus concurrentibus possunt res Ecclesiæ alienari pleno jure; multo magis debent posse alienari solummodo respectu utilis domini. Et in istis terminis procedat consilium Soc. superius allegatum. Aliud vero est quærere, an emphyteusis Ecclesiastica simpliciter concessa alicui pro se, & hæredibus, transeat etiam ad hæredes extraneos? & isti sunt alii termini, de quibus latius dictum est suo loco, infra q. 28. in d. vers. Tertius est casus, cum seq.

ADDITIONES.

(a) Nisi subsistente legitima causa, & debeat solemnitates intervenientibus. Res Ecclesiæ, non interveniente justa causa, itemque scriptura, & totius Cleri, sive Capituli tractatu, ac consensu, aliis que legitimis solemnitatibus (quas, post alios, recenset Covarruvias lib. 2. variar. resol. c. 17. D. Bocer. class. 2. disp. 14. th. 21.) non adhibitis, in emphyteusim,

etiam bene de Ecclesia merito, in perpetuum tradi nequeant, Novell. 7. in princ. §. 1. vers. ultim. & c. 3. §. scire autem, vers. non enim in illis, & c. Novall. 120. c. 5. & c. 6. §. licentiam igitur, & §. in venerabilibus vero, & c. 1. vers. quia etiam tractatus solemniter & c. 2. de reb. Eccles. non alienand. in 6. cap. sine exceptione 51. casu. 12. qu. 2. cop. 1. c. tua nuper 8. de his, que sunt a prelati. ubi Panormitan. in c. 2. nu. 5. de donat. Ludolph. Schrader. in tractat. feud. par. 4. c. 2. nu. 3. Atque §. licet solemnitates requiruntur, etiam si fundus sterilis, vel saxosus, vel pellicinus in emphyteusim concedatur, l. si fundus, 13. in princ. ff. de reb. eor. qui sub tutela, & c. ut super, 8. §. ult. de reb. Eccles. alienand. vel non, nisi exiguus, & angustus sit locus. Can. terratus, 52. casu. 12. q. 2. arg. l. scio 4. ff. de in integr. restitut. l. 1. §. proinde 8. ff. de adilit. edict. tr. l. 1. in fin. ff. de ventre in spic. Albert. Bran. in tract. statur. ar. 9. num. 56. cum seq. huncque referent. Gail. lib. 1. obser. 151. num. 13. vel ultra hominum memoriam inculcus fuerit, arg. cum ad aures, 7. ubi Panormitan. & ceteri Canonista, de reb. Eccles. alienand. vel non, cap. 2. ubi, conditionem Ecclesiæ meliorare possit, facere vero deteriorem non debet, de donationib. Matth. de Afflict. ad tit. 1. in princ. nu. 42. lib. 1. Feud. Schrader. d. part. 4. c. 2. n. 15. ad finem. Quæri hic non inconvenienter potest: an §. rei Ecclesiæ facta, quæ subsistat, si ea cum Ecclesiæ utilitate conjuncta sit? Et nec tum eam jure subsistere, verius puto, leg. obligari 9. §. hereditatem adire, 3. ff. de auctor. & consens. tutor. & curat. §. neque tamen, 1. Instaur. de auctor. tutor. Quibus in locis dicitur, pupillum §. fine tutoris auctoritate hereditatem adire non posse: quamvis lucrosa fit, nec ullum habeat damnum. Huc quoque facit, d. can. sine exceptione, 61. casu. 12. q. 2. & d. c. tua nuper 8. de his, que sunt a prelati, & cap. 1. titu. 4. de reb. Eccles. non alienand. in Clem. cum similib. in quibus præter utilitatem Ecclesiæ, legitima solemnitas in alienatione rei Ecclesiæ aperte exigitur.

Hæc 2 decisioni non obstat, l. non eo minus 14. C. de procurat. ubi sententia pro minore lata valet, tamen absque curatore iudicium agitur fuerit. Nam quando queritur: utrum adus ab Ecclesia, vel minore sine solemnitatibus utiliter gestus valeat, nec ne: diligenter inquirendum, & dispiciendum est, num adus, sive contractus iste sit talis, ex quo Ecclesia, vel minor non obligetur, sed alium sibi obliget, velut si stipulatur, aliquid sibi dari, vel donari. Hujusmodi sine contractus a minore, Ecclesiæ, & solemnitatibus legitimis neglectis, celebratus subsistat, si modo minori, aut Ecclesiæ utilis existat. Nec enim hoc casu aliqua specialis solemnitas introducta reperitur, per princ. Instaur. de auctor. tutor. §. pupillus 9. Instaur. de instaur. stipular. l. contra instaur. 28. ff. de pact. l. obligari, 9. ff. de auctor. tutor. & c. ex quibus liquet, quod pupillus alium sine tutoris auctoritate sibi obligare possit. Et de hac specie accipiens est textus in d. l. non eo minus 14. C. de procuratorib. ubi sententia pro minore, non legitime defenso, ideo subsistat: quod per eam non minor alii, sed alius minori obligatur. Quæ ratio §. acceptatio quoque, cum pupillo absque tutoris auctoritate facta, valet: quod pupillus faciens, sibi acceptum fieri, non obligatur, sed obligatio eximitur a adeoque ejus conditio melior redditur, l. 2. ibique Gothof. ff. de acceptat.

Similiter non obstat l. cum hi, quibus 8. §. eam transactionem, ff. de transact. ubi adus sine solemnitate est validus, si expedit ei, cuius gratia solemnitas ista introducta est. Nam & ibi nihil agebatur, quo alimentarius obligaretur: sed ipse alium meliore modo, quam ex legato obligatus esset, sibi obligavit. Nec movet, quod cum in casu dicti §. eam transactionem, alimentarius transigendo a lite discessit: videatur quoque ex ipsius parte aliquid remissum esse. Hæc si quidem a lite discessio in nihilo obligat alimentarium: quippe cum ea sit necessaria potius, quam voluntaria. Fit enim eam ob causam: quod hæres, & quo relicta fuerant alimenta, non solum id ipsum, ad quod tenebatur, sed plus etiam (ut ex textu apparet) alimentario præstet, eaque præstatione sese ab obligatione liberet, l. si reus paratus 73. de procuratorib. l. si debitor 21. ff. de judic. l. ult. §. ult. de reb. credit. si err. per.

Porro §. si constitutio emphyteusis ob defectum consensus Capituli, aut Pape, sive sedis Apostolicæ (cujus licentiam in alienatione rei Ecclesiæ etiam desiderari patet ex d. c. 2. in princ. de reb. Eccles. non alienand. in 6.) irrita dicitur: ratihabitione Pontificis,

vel Capituli valida efficitur, cap. cum nos, 3. de ist. que sunt a prelati & c. cura pastoralis, 11. de jure patronat. Equid t. vero Pontifex, vel Capitulum sua ratificatione emphyteusim concessionem in tantum roborare queat, ut emphyteusim volens habere emphyteusim cogatur, quæri solet? Et emphyteusim non esse cogendum, ut inveniunt emphyteusim possidens, probabilius censetur, arg. l. si abesse 48. & l. cum fructuaris, 62. ff. de usufruct. ubi responderetur, quod usufructuarius invito domino usufructum derelinquere possit. Quo §. content, quod vasallus etiam sine domini voluntate rede feudum restituit potest, per text. in c. 1. de vasallo, qui contra constitutionem Lotharii, & c. tit. 18. lib. 2. F. Quia §. fautori, & lucris suis renunciare cultibus poterit, vulgata l. si quis in conscribendo 29. C. de pact. Cujac. ad tit. 14. lib. 2. Feudor. Darenus de feud. c. 12. nu. 18. quos refert, & sequitur Dn. Collega Bocerus class. 2. disput. 14. thes. 24. edit. 2. Hæc.

(b) Si vero res Ecclesiæ solita essent in emphyteusim concessa, §. 81 res Ecclesiastica, in emphyteusim dari solita, ad Ecclesiam fuerit reversa, alium Prelatus absque legitimis solemnitatibus eam alicui in emphyteusim concedere possit, si ejus conditionem non reddat deteriorē, non valeat ambigatur, cap. 2. extr. de feud. in fine principii, & tit. 26. §. in electorum, lib. 1. F. & tit. 35. in fin. lib. 2. F. cap. 2. ubi, conditionem Ecclesiæ meliorare poterit, extr. de donat. & tit. 91. de in vest. veter. & nov. bonis. §. 2. Prelatus, ubi, cum tamen dissipator videri non possit, in extraordinar. cap. pp. lib. 2. F. Schrader. in tract. de feud. par. 4. c. 2. n. 20. Gail. lib. 2. obser. 161. nu. 3. Et hanc esse communem conclusionem, post alias, Clarus hoc loco relatat.

14 Hincque consequens est, quod §. si emphyteusis prius data sit singulari personæ, civitati, aut collegio, vel potentiori potest dari nequeat, per tit. 34. de lege Corradi, §. similiter 2. ubi, si secunda persona sit talis, & c. lib. 1. 2. F. Cum §. enim civitas aut collegium nunquam mori intelligatur, spes nulla est fore, ut emphyteusis aliquando ad Ecclesiam redeat, l. in usus fundus, 56. ff. de usufruct. l. si usufructus, 8. ff. de usu & usufruct. l. 2. & diffidit esse, litem §. intendere potentiori, quam inferioris fortis homini plebeo, l. 1. in fin. cum l. seq. ff. de alienat. judic. nunc. casu. fidi. & tit. 1. C. ne liceat potentiori sui generis. Instaur. de probat. & c. Præterea §. si emphyteusis solita sit dari usque ad certam generationem, non poterit Prelatus hanc concessionem formam immutandam, illam emphyteusim in perpetuum concedere, d. tit. 14. de lege Corradi, §. similiter, in princ. vers. profecto iste, ubi, non debent alia lege dari; & c. lib. 2. F. Curt. jun. in tractat. de feud. par. 2. q. 6. D. Bocer. d. class. 2. disp. 14. th. 25. lit. D. edit. 2.

18 Illa hic addenda quæstio est: num §. prelatum rem emphyteuticam, ad Ecclesiam reversam, etiam consanguineis suis denuo in emphyteusim tradere valeat? Et quicquid dicant alii, quos refert, & probat Nicol. Everhardus in Topic. legalib. in loco, a feudo ad emphyt. n. 20. negantem ego sententiam veriorē esse iudico, moris expresse textu in Novell. 120. cap. 5. §. œconomis, & hinc sumpta Auth. quibuscumque C. de SS. Eccles. ex cujus Novella verbis liquido constat, non tantum œconomis, sed & reliquos venerabilium domorum ordinatores, hoc est, administratores, eorumque cognatos, aut affines, in emphyteusim capere non posse res ecclesiasticas. Unde t. errare videtur Abbas Panormitanus, conf. 41. nu. 3. lib. 1. qui hanc Justiniani sanctionem de œconomis solummodo, qui non habent ita pingue jus, sicut prelati, exaudiendam opinatur, negans, Prelatos (quos tamen non dubium est ordinatores seu administratores Ecclesiarum esse, de quibus constituto diserte loquitur) sub eadem constitutione comprehendendi. Hinc enim Abbatis interpretationi tam verba, quam mens relate constitutionis renungunt. Eadem hancdem esse ratio in Prelato, que est in œconomis: quod videlicet alienatio & ab œconomis, & a prelati in favorem consanguineorum interposita, ad fraudandam Ecclesiam facta præsumatur, con. decenter. 6. dist. 89. Bar. Bal. & Alber. de Rosat. in d. auct. quibuscumque, C. de SS. Eccles. Alciat. in tract. de presump. reg. 1. presump. 29. & Menoch. de presump. lib. 3. presump. 54. n. 4. & alios seq.

20 Hinc sententia §. non refertur. relatum est acribus, 12. §. licet autem, extr. de test. ubi clericicus, sive prelati relinquere valet extraneis, etiam consanguineis sine concedere non prohibetur. Nam agitur eo in loco de bonis mobilibus, jure domini ad prelatum, vel clericum spectantibus, quamvis per Ecclesiam, sive intuitu Ecclesiæ acquisitis per text. ibi, mobilia per Ecclesiam acquisita, & c. De his sane Prelato, ut cuius clericus, per ultimam voluntatem tam in sanguine junctis, quam extraneis, bene de se meritis, liberalitatem suam exercere permittitur. Ad in proposito quæstione Prelatus §. 21 non sua, sed Ecclesiæ bona, alicui ex cognatis suis in emphyteusim concedendo, alienat: cum ex rerum ecclesiasticarum non dominus, sed duntaxat usufructus, sive usufructuarius esse censetur: ut, post alios, responderunt Socin. Senior conf. 12. col. 2. lib. 1. & Bellonus conf. 3. hosque citans Menoch. d. lib. 3. presump. 54. num. 9. Quin & illud prohiberet dici poterit: facultatem disponendi de bonis mobilibus, clerico per Ecclesiam acquisitis, non ex jure communi, sed ex consuetudine quadam speciali descendere: ad quam consuetudinem respexit Pontifex, relictus ex ipsius verbis d. c. relatum, 12. ubi, consuetudinis tamen non est improbanda, de testament. Consuetudinem t. autem stricti juris, 22 nec de casu ad casum extendendam esse, notum est, c. 1. de feudi cognit. §. svennus, ubi, qui consuetudine feudi non sit comprehensus; tit. 1. lib. 2. feudor. Carena, que hanc sententiam nostram evertere videtur, abunde diluimus in §. adeo autem, 3. Instaur. de locat. & conduct. nu. 185. & seqq. Hæc.

(c) Illas concedere in emphyteusim. J. Adde, quod tunc agnati admittuntur, communem vide per Benit. in decis. 19. Ita & communem vide in collect. mea commun. opin. in verb. Ecclesiæ, num. 1. & etiam in verb. dominus, nu. 12. Et in emphyteusim Ecclesiastica, quis præferendus, vide per Rim. jun. in consil. 82. Gracch. (d) Eo modo, quo solita est. J. His scias, quod inventura facta ex una causa non sustinetur ex alia, vide per Ruin. in consil. 48. & in consil. 168. Gracch. (e) Quod non vitatur in totum, sed subsistat quatenus est solita concessa. J. Quod t. emphyteusis a Prelato ultra 23 legitimam, solitamque metam concessa, ob largiorem hanc concessionem non omnino corruat; sed potius, quatenus facta est intra solitam formam, subsistat, præter Clarum hic nostrum, & per eum relator, tenent Andr. Gail. lib. 2. obser. 4. n. 14. D. Bocer. dist. decis. 2. disp. 14. th. 28. & alii ab his memorati. Hæcque assertio probatur ex regula illa generali a Claro nostro hic allata: quod §. in omnibus dispositionibus utile non vitatur per inutile, quoties aliqua separationis, vel divisionis ratio iniri potest, c. artic. 38. ibique gloss. de reg. jur. in 6. l. 1. §. sed si mihi, 5. ff. de verbos. oblig. l. sed est, 12. ff. de constit. pecun. l. pecun. 9. l. placuit, 29. ff. de usufr. l. sanctimus, 34. in princ. & l. seq. §. fin. autem, Cod. de donationibus, & similibus. Eadem sententia luculentius confirmatur ex Novell. 7. c. 3. §. 3. ex quo apparet, si res Ecclesiæ, que ultra secundam generationem concessa non potest, ad tertiam, vel ulteriorem data sit, concessionem valere usque ad generationem secundam, tanquam solitam, si que jure factam. Tot t. enim censetur esse concessionis, quot sunt 25 generationes: ut sit una non vitetur per aliam. Sed & hinc conclusioni admittitur tit. 34. de lege Corradi, §. similiter, secund. vers. profecto, lib. 2. F. ubi dicitur: si §. vasallus feudum, quod possidet, alia lege, quam ipse habet, alii concesserit rursi, si pro masculis tantum concessum, ipse pro masculis, & feminis dederit: quibusdam placuisse, cum amittere beneficium: alios vero dixisse, id tunc domino aperti, cum masculi defecerint.

Et t. horum opinio, ceu ultimo loco relata approbata esse intelligitur, per notata gloss. in l. qui filium, 74. in fin. super verb. & alia ff. ad S. Trebellian. Constat ergo, infundationem istam non sentit esse inutilem, sed eo valere modo, quo potest. Quare & emphyteusis a Prelato ultra legitimam metam concessa non vitatur tota: sed intra terminos consuetos, jure permittis, consistit.

Neque t. adversatur huic sententiæ Novell. 7. c. 3. in 27 sine principii, ubi, neque quod sit, habere aliquod penitus poterit finimus, & c. & c. 7. ubi statuitur, contra legis observationem accipientem emphyteusim, statim cadere ab emphyteusis adeoque emphyteusim, statim licite ei concedi potuit. Respondetur enim: illa dist. c. 3. verba non referri ad totam concessionem, sed solummodo ad excessum insolitum, ac prohibendum: ut ejus licet sit sensus res Ecclesiæ non possit dari in emphyteusim, nisi usque ad metam ibi taxatam, & quod aliter sit, id est, ultra metam taxatam, id nihil penitus habere roboris: sed propterea non tolli, quo minus id, quod intra metam licitam contractum est, vires habeat, cum illud non aliter sit factum. Eadem quoque ratione

rations verba in d. c. 7. non cum recipiunt intellectum, quem Didac. Covar. lib. 2. var. resol. c. 16. nu. 5. 207. eadem ut libere, &c. contrariam Bartoli opinionem probans, tradit. Manifestum namque est, in eo textu hoc dici, contrahentes cadere ab eo contractu, qui nullus sit. At enim: Si vero & perpetuam quipiam emphyteusim accipere presumpserit, quod non licet: etiam si cadat ab emphyteusi. Annon ex his verbis clare patet, dictionem cadat etiam referri ad emphyteusim plane illicitam? Et ideo corruere Didaci Covar. argumentationem non dubium est. Quin & hoc dici poterit: imp. Justinianum istis verbis (aut temporalem quidem, non tamen secundum hujus nostrae legis observationem) loqui de observatione formae, quae divisionem non recipiat. Plura huic verissime decisioni opponi solent: quae sufficienter confutavimus in d. §. adeo, 3. Inst. de locat., & conduct. num. 205. 207. & 29 seq. Enim vero t. decisio ista limitatur, & restringitur, ut locum non habeat, si probabiliter appareat, concessionem aliter, quam facta sit, unum aut alterum contrahentium subsistere, sive valere voluisse: idque ex causis, quarum illi mentionem faciunt. Tunc etenim separatio utilis ab inutili fieri non potest: sed perpetuo utile per se stare contrahentes noluisse verisimiliter constat, l. Pedius, 7. in fine ff. de receptis, qui arbitrium, &c. HARR.

(f) Uique ad quam generationem possint res Ecclesiae in emphyteusim concedi. Quod t. emphyteusim Ecclesiastica in infinitum, & perpetuo concedi possit pro omnibus omnino descendentes, praeter Clarum hic nostrum, & ab eo citatos, concludit Alex. Trentacinq. var. resol. lib. 3. resol. 3. de jure emphyt. numero 3. HARR.

(g) Haereditibus extraneis. Emphyteusim Ecclesiae de sui natura solummodo transit ad filios, & descendentes, & non ad extraneos, ut attestatur Matt. de Ami. dec. 110. num. 1. nisi expresse hoc dicatur. Sicut enim potest Ecclesia in casu iure permisso in totum alienare, & sic, quod transit ad extraneos haereditas; ita quoque potest in emphyteusim concedere, ut transit ad extraneos haereditas, ut per Alex. conf. 9. vol. 2. & conf. 189. eod. vol. Et hanc dicit comm. opin. Port. Inst. de locat. §. adeo. GOYFAN.

Nunquid poterant etiam concedi in emphyteusim pro haereditibus extraneis. Quod t. emphyteusim Ecclesiastica, solemnitate iusta adhibita, contrahi possit, ut ad extraneos ipsius emphyteute transiant haereditas, vera, & communis opinio est, teste hic Claro nostro. Certi enim iuris est, res Ecclesiae, observatis debitis solemnitatibus, omnimodo alienari posse, Clement. 1. c. 2. de reb. Eccles. non alienand. Quindignitur, & in emphyteusim dari poterunt? argumentum a majori: cum rerum proprietates penes Ecclesiam maneat. Huicque sententiae suffragatur non parum Novell. 120. c. 6. §. 1. ubi Justinianus in hac verba scripsit: Licentiam igitur magis praedictis venerabilibus domibus, non solum ad tempus emphyteusim facere immobilium rerum sibi competentium, sed & perpetuo haec eis emphyteusim iure volentibus dari, &c. Cum ergo emphyteusim rerum Ecclesiasticarum in perpetuum alicui tribui possit, consequens est, eam non tantum ad filios, nepotesque, sed & ad extraneos haereditas emphyteuticarii per conventionem extendi posse. Eidem assertioni zohur addit text. in c. ad aures, 7. de reb. Eccles. alien. vel non. ubi traditur, quod Ecclesia iure hereditario fundos suos in emphyteusim concedere alicui valeat. Dicuntur autem hereditario jure concedi, quae ad quoscunque haereditas, sique etiam extraneos, transmittuntur.

32 Nec t. infringit hanc conclusionem Novell. 7. c. 3. in princ. ubi Justinianus discrete sancivit, emphyteusim Ecclesiasticam in accipientis persona, & in duobus ejusdem personae haereditibus deinceps, filiis tantum solis masculis, aut foeminae, aut nepotibus utriusque naturae, permitti, adeoque ad extraneos haereditas non deferri. Nam aut id, quod in d. Novell. 7. c. 3. dicitur, res Ecclesiasticam in emphyteusim datas, ad filios, & nepotes, non etiam ad ultimos descendentes, vel extraneos, transire debere, correctum est per d. Novell. 120. c. 6. §. 1. ubi res Ecclesiae in perpetuum dari in emphyteusim possunt: aut certe d. Novell. 7. c. 3. eo de casu est accipienda, quando res Ecclesiae dantur in emphyteusim, juxta peculiarem consuetudinem absque canonica & debita solemnitate: quo casu non transit in haereditas extraneos, nec ultra tertiam generationem: quemadmodum sentire videtur Covar. lib. 2. var. resol. c. 17. n. 5. allegans ad hoc glossam in Bart. & Alex. in l. etiam filios, 18. ff. soluto mar. Ant. de Butr. Imol. Panom. Fel. & Dec. in c. praesentia, 8. de probationib. & Ludov. Gozad. conf. 39. n.

6. & 12. Eandem questionem latissime explicat Alex. Trentacinq. var. resol. lib. 3. resol. 3. de jure emphyt. n. 4. HARR.

QUAESTIO VII.

SUMMARI A.

EX CLARO.

1 Jus emphyteuticum quanto tempore praescribitur.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Praescriptio an, & quatenus emphyteusis acquiratur
- 2 Utrum emphyteuta, qui longissimo tempore pensionem non solvit, nec a domino interpellatus fuit ad solvendum, liberationem a pensione solvenda omnimodo praescripsisse censetur.
- 3 In annis praescriptionibus tot sunt praescriptiones, quot anni.
- 4 Principali causa non subsistente, nec id quod inde sequitur, locum habeat.
- 5 Omnis actio 30. vel 40. annis tollitur.

Quaero, ex quanti temporis praestatione praescribitur (a) jus emphyteuticum? dixi infra libr. 7. §. praescriptio.

ADDITIONES.

(a) Praescribitur. Dic, quod praescribitur spatio 30. vel 40. annorum, ut per Jas. in l. 2. n. 56. Insuper hic dubitatio pulcherrima, an emphyteuta Ecclesiae patitur praescriptionem, id est, an Ecclesia praescribit, vel alii praescribat: Anch. conf. ult. col. ff. dicit, quod non stante titulo, & possessione, quae retinetur animo, late per Ruin. conf. 193. nu. 21. Quod praescriptio habeat locum contra Ecclesiam, etiam quoad proprietatem, quando fuit interversa possessio, nec consideratur, quod Ecclesia animo possessionem retineat: late per Ruin. in conf. 156. vol. 2. Emphyteusim praescriptio an curat in praedictum dominum? Rom. conf. 166. & Corn. conf. 16. vol. 2. Item praescriptio emphyteute procul Domino: & illo deficiente est ad utilitatem Ecclesiae, & domini: ex quo dicitur, constare de dominio Ecclesiae, vel privati domini, Ruin. in consil. 50. nu. 19. Item an emphyteuta patitur praescriptionem in praedictum Ecclesiam? Soc. con. 166. col. 14. vol. 2. Et an haeres praescribat contra Ecclesiam? Bal. conf. 268. Haec materia, an si quis recognoverit ab Ecclesia rem suam in emphyteusim, & solverit per annos 30. canonem, Ecclesia habeat titulum, & dicitur praescripsisse, quod non, ex quo titulus est nullus, vide per Ruin. conf. 155. & an tenens rem Ecclesiae tantquam suam, & non solvens canonem per 30. annos praescribat eam? Caste. conf. 214. vol. 2. Et quod praescribat tam pro praescripto, quam pro futuro tempore, Ruin. d. conf. 155. Et sic quantum ad utile dominium, vide per eundem conf. 167. n. 23. ubi dicit dari restitutionem ad integrum, Emphyteuta quando praescribit, intelligitur etiam praescripsisse, quod non possit expelli ob non solutionem canonis, Ruin. d. conf. 155. Et praescribit utile dominium, per solutionem 30. annorum, quod tamen limita, ut per eundem conf. 63. col. fin. GIACH.

Ex quanti temporis praestatione praescribitur jus emphyteuticum. Hic addendum, quod t. emphyteusim praescriptio, quasi ex tacito dominio, & possidentis consensu, acquiratur sive constituitur: puta, si quis fundum quemdam a non domino in emphyteusim accepit, sed licet non acciperet; tamen illum in emphyteusim praesentando nimirum quatenus ipsi domino fundi canonem per triginta vel 40. annos possederit, arg. l. 3. §. 4. & c. ubi Bart. C. de praescript. 30. vel 40. annor. & arg. tit. 26. §. si quis per triginta, lib. 2. feud. ubi feudum, cui emphyteusim similis est, triginta annis praescribitur, & l. agricolavimus, 18. C. de agr. & cens. ubi possessio longissimi temporis, cui emphyteusim annorum, facit adscriptum colonum, cui emphyteusim assimilatur. Et ita Doctores communiter tradunt, Ang. in l. praetor, 4. §. 1. ff. de educt. Inst. in l. 2. n. 155. C. de jure emphyt. Joan. Fean. Barb. in tract. de praescript. part. 2. part. 3. principal. q. 10. n. 16. & per 4. quatuor principales, q. 10. Paulus Picus a Monte Pico, ad tit. ult.

ult. nu. 1. lib. 1. feudor. Chastan. conf. 18. col. 1. Ruin. conf. 151. num. 5. lib. 4. Paris. conf. 23. num. 5. lib. 4. Menoch. de praesumptionib. lib. 3. praesumpt. 108. num. 4. Ferrar. in rub. C. de jure emphyt. Wegner. disp. 12. ad Inst. th. 5. sub lit. G. Borcholt. in tract. de feud. d. c. 7. nu. 4. & seqq. pag. mibi 172. Treutl. disp. 29. th. 11. lib. B. vol. 1. & ceteri, quos illi citant. Quamvis alii ad hanc praescriptionem tempus longum sufficere contendunt. Bald. in leg. 1. nu. 15. C. de fideicommi. D. Collega Bocer. class. 2. disp. 14. th. 43. lib. B. edit. 2. Mascard. in tractat. de probation. vol. 1. concl. 337. nu. 2. ubi plures enumerat.

2 Queri hoc loco poterit: an t. emphyteuta, qui longissimo tempore, puta 30. vel 40. annis canonem, sive pensionem non solvit, nec a domino interpellatus ad solvendum fuit, liberationem a pensione solvenda, non solum pro tempore praeterito, sed etiam futuro praescripsisse creditur? Et aientem quidem sententiam amplexi sunt Bart. in l. comperit, 6. C. de praescript. 30. vel 40. annor. Corn. conf. 142. num. 11. vers. accedat, col. 2. & alii, quos citat Corbul. in tract. de jure emphyt. cap. 15. limit. 21. num. 1. verum contraria opinio firmiori munta est fundamento. Eam enim valde corroborat, l. cum notissim, 7. §. fin. C. de praescript. 10. vel 40. annor. ubi Justinianus Imp. allucide offendit, in t. annis praestationibus, tot esse praescriptiones, quot anni sunt. Proinde si emphyteuta spatio annorum 10. vel 40. pensiones non solvit, praescripsisse videtur praeteritas pensiones, non autem futuras; quia nova praescriptio est necessaria futurorum annorum, & quidem in singulos annos. Id quod aperte jam constat, ex l. eor. qui 26. in princ. C. de usur. ubi licet constitutum sit, principali actione sublata praescriptione 30. annorum, nullam t. super usuris questionem moveri posse: cum principali causa non subsistente, nec ea, quae inde sequuntur, locum habeant, l. 1. cum principalis 178. ff. de res. jur. tamen illa lex satis avertit, in annis praestationibus singulorum annorum praescriptionem requiri, in illis verbis: Subeunt, non posse super usuris, vel fructibus praeteritis temporis aliquid movere questionem, dicendo ex istem temporibus eas velle sibi persolveri, quae non ad 30. vel 40. praeteritos annos referuntur, asservendo simul annis eorum actiones nasci, &c. Hujusque sententiae auctores sunt Accursius in d. leg. comperit, 6. C. de praescript. 30. vel 40. annor. Jason in lex. 2. n. 72. C. de jure emphyt. Quidam Paris. decif. 406. Gall. libro 2. obser. 73. num. 1. Pachineus lib. 8. contron. jur. c. 99. Mynsine. cent. 3. obs. 12. Wrumber. pract. obser. tit. de praescript. c. 5. Thoming. decif. 17. nu. 26. Borcholt. in tract. de usur. c. 4. num. 38. cum seqq. & in tract. de rest. c. 2. nu. 23.

5 Huic decisioni t. non obstat l. scilicet 2. §. l. omnes 4. C. de praescript. 10. vel 40. annor. ubi omnis actio triginta vel 40. annorum spatio tollitur. Quia non negamus annuas praestationes praescriptione 10. vel 40. annorum extingui: sed singulorum annorum, quibus actio nascitur, praescriptionem contempera. & requirimus, ex praescripto d. l. cum notissim 7. §. ult. C. d. tit. non autem totius temporis futuri, ex unius anni, vel alterius pensionis praescriptione, jus metimur. Reliqua, quae in contrarium moveri solent, refellit Pachineus loco ante designato.

QUAESTIO VIII.

SUMMARI A.

EX CLARO.

- 1 Emphyteuta cessans in solutione canonis per triennium, cadit ab emphyteusi.
- 2 Et quid si in contractu appositum fuerit juramentum.
- 3 Et quid si res magni valoris, & pensio sit minima.
- 4 Et quid si pensio non erat minima, sed in parte tantum cessatum fuerit.
- 5 Et quid si emphyteuta non possideat rem ipsam emphyteuticam.
- 6 Et quid si emphyteuta propter bellorum calamitatem nullus fructus percipere potuit.
- 7 Et an propter sterilitatem facienda sit remissio emphyteute.
- 8 Et quid si in re emphyteutica contingat damnum obfimate, vel corrosione luminis.

9 Et quid si emphyteuta ignorabat rem esse emphyteuticam.

10 Et an oblatio canonis sufficiat ad evitandam penam caducitatis.

11 Et an solutio canonis facta per procuratorem prodest emphyteute.

12 Et quid si in contractu emphyteusis fuerit propter cessationem appositum aliqua pena, adhuc poterit propter cessationem expelli.

13 Et quid si emphyteuta plures haereditas reliquerit, & unus tantum cessaverit in solutione canonis, an tota res emphyteuta cadat in commissum.

14 Et an cessatio facta per patrem noceat ejus filius vocatis in investitura.

15 Et an emphyteuta, qui canonem non solvit, possit purgare moram.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Emphyteuta amittit emphyteusim, si debitum canonem in civili emphyteusi intra triennium, in Ecclesiastica intra biennium non solverit.
- 2 Idque procedit, etiam si ad praedictum dominum nunquam sit interpellatus.
- 3 Dies interpellat pro homine.
- 4 Emphyteuta pensionem debitam non solvens, emphyteusim perdit, est dominus generaliter promissus, si illum non expulsum.
- 5 Minor 25. annis canonem emphyteuticum legitimo tempore non solvens, penam privationis ipso jure incurrit: ita tamen ut in integrum restituatur.
- 6 Minor, & Ecclesia in jure equiparantur.
- 7 Minor intra tempus constitutionis non petens investituram feudi, a jure suo cadit.
- 8 Pupillus, & infans, ob non solutionem canonem, ipso jure fundum emphyteuticum amittunt: concessio tamen in beneficio in intereum restitutionis.
- 9 Intellectus l. Imperatores, 7. in fine, ff. de publica, & vectigalibus.
- 10 Emphyteuta, qui canonem solvere sub juramento promissit, statim ubi canonem non solverit, emphyteusi privatur.
- 11 Et quid, si res emphyteutica magni valoris, pensio vero minima fuerit.
- 12 Ubi eadem est ratio, ibi idem jus esse debet.
- 13 Quid, si emphyteuta partem dimissam pensionis per triennium non solverit.
- 14 Partis solutio fieri non potest in jure creditori.
- 15 Pensio in recognitionem domini solvitur.
- 16 Quid, si emphyteuta rem emphyteuticam non possederit.
- 17 Et quid, si emphyteuta propter bellorum calamitatem nullus fructus percipere potuit.
- 18 Et quid, si insignis sterilitas contingat, & emphyteuta magnam pensionem exolvere teneatur.
- 19 Damnum, quo tota rei substantia non extinguitur, ad emphyteutam spectat.
- 20 Nemo suum iactare praesumitur.
- 21 Conductori, propter sterilitatem merces remittitur.
- 22 A separatis illatio non conceditur.
- 23 Ratio differentiae inter locationem, & emphyteusim.
- 24 Nunquid emphyteuta teneatur prestare domino canonem illius anni, quo fundus emphyteuticus aquis submersus fuit.
- 25 Re emphyteutica tota perempta, periculum dominus sustinet.
- 26 Terra motus varissime eveniunt.
- 27 Quatenus personalis obligatio personam perpetuo committitur.
- 28 Contrahentes secundum naturam contractus contrahere voluisse putantur.
- 29 Emphyteuta a canonis praestatione non liberatur, si inundatio contingere solita fuerit.
- 30 Item si omnium calum periculum in se susceperit.
- 31 Et quid, si emphyteuta per ignorantiam canonem non solverit.